BOSTON PUBLIC LIBRARY
The gift of
STATE FUNDS

#568

Thegliatus, Stephanus

Oratio coram Innocentio viii pro die pentecostes habita

[Rome: Stephan Plannck, after 3 June 1487.]

Hain 15456* BMC iv 87

Goff T123 (9 exx)

BENNETT BOOK STUDIO N.Y.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/sthephanitegliat00step

XQ. 487.T24

Stephani Tegliatij Veneti Archiepiscopi Patracensis et Epi Torcellani. Coram Innocent. viii. Pont. Max. in ede diui Petri pro die Penthecostes Oratio habita.

Thema.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto: & ceperunt loqui variis linguis: put Spirit? sanct? dabat eloqui illis. Act. ii.

Primus Prophetar Esaias. P. B. Spiritu sancto repletus: de quo hodie verba pro modulo nostro / ipso dictante Coram Sanctitate tua Clemētissima. & tantor patrum iudicio grauissimo & iustissimo facturi sumus: Dei eterni verbum de corde bono & optimo in mediū afferre volentibus / viā & locū tantę prędicationi aptissimum & necessarium luce clarius aperuit dicens. Super montem excelsum ascende tu / qui euangelizas Syon / qui euangelizas hierusalem / Ascende inq̄ o Pastor. o doctor. o prędicator. o illius diuinę legis amator: de qua scriptū est. Lex domini īmaculata conuertens animas / testimonium domini fidele sapientiā prestans paruulis. Ascende & sta supra pedes tuos: eleuat? vtiq̄ a terrenis ad superiora: nō in atriis Comoediar.: nō in fabulis Poetar: nō in syllogismis Philosophor: nec in montibus Gelboe vbi periere filii israhel: sed in mōte per quē illa excelsa misericordię virt? designatur: vt inde quid deo / quid ecclesię suę / quid tibi ipsi / quid tantis speculatoribus? / tantisq̄ auditoribus prestandū sit: non in psuasibilibus humanę sapientię verbis: sed in ostensione spiritus & virtutis contēpleris: quia beati sunt pedes / euangelizantiū pacem: euangelizantiū bona. Nemini igit̄. P. Clementissime prius euangelizare desup cōceditur: q̄ būc montem excelsum conscendat. In hoc monte frequenter dominus Jesus cum suis discipulis cōueniebat. In hoc sedens de regno coelor illos docebat. In hoc post resurrectionem suam / ascensurus ad patrem cum principibus terrę: qui hac die

207
Acc. 94-176

Penthecostes spiritu sancto repleti sunt/discubuit. In hoc mon/
te denicp in ipsa die Apostoli euangelizandi officium susceperūt:
vt vinea facta esset dilecto in cornu filio olei. Quid est filio olei?
nisi pacis ⁊ misericordię filio: qui ⁊ princeps pacis/⁊ pater futuri
sęculi appellatus est. Nam q̄to misericordię oleo abundauerit: ex
eo colligitur: q̄ nos omnes perditos redimere volens semet ipm
exinaniuit formam serui accipiēs. Ad huiusmodi ergō montem/
tam excelsum/tam sub ime/tuo iussu. P. B. vt accepi pauloante ro
catus: ne tanti diei solēnitas diuino careret sermone/imbecillita/
tis męe oblitus: verbum dei subtrahere petentibus impium duri:
tam etsi valde difficile sit/ita eruditam aut gratia spiritus reple/
tam/inuenire posse animam: que valeat tam occulta/tamq̄ diui
na mysteria docte colligere/⁊ digne explicare. Uer vt facilius/di
gnius/⁊ copiosius nūc in tam ardua prędicatione: id assequi/ qō
optamus: cum humili obedientia nostra mereamur: ipius para
clyti emundationem/illuminationem ⁊ repletionem/ quam suis
apostolis hac sacratissima die dedit: humiliter p. strati implore
mus/dicentes. ¶ Ueni sancte spiritus. reple tuoꝝ corda fideliū:
⁊ tui amoris in nobis ignem accende. In excelso iam monte mise
ricordię ⁊ caritatis ⁊ pacis/mēte pariter ⁊ corde positi. P. B. in quo
⁊ principes nostri prędicationis officium susceperūt: optauimus
⁊ inuocauimus vt Paraclytus ipse: qui omnia ornat/omnia perfi
cit/⁊ in esse corroborat: suo lumine: sua gratia: suo splendore: cor/
da omniū nostrum torpentia reimpleret: ac sua bonitate ⁊ vir/
tute: a qua est omnibus esse ⁊ bene esse: in nobis ignem sui amo/
ris accenderet: quo accensi ⁊ fide catholica ⁊ apostolica repleti: si/
ne qua teste Esaia: intelligere sacra non valemus: auidius ⁊ co/
piosius sensum caperemus: pro mysteriis enucleandis/⁊ ęnigma/
tibus cōtuendis: que modo leuitę vor/ad aures cordis nostri qua
si tonitrua dedurit: Ut inde corda auditoꝝ spiritus sanctus reim
pleret: vnde dicentis vox vires assumeret. Et ecce dum iam in ta
lium speculatione insisto/venit in me spiritus sapientię/quam si/
ne fictione suscepi: ⁊ sine inuidia/circūquaq̄ pie ⁊ vere volentibus

diffundam. Pie ⁊ vere dixi Patres: quia spūs sanctus disciplinę fugit fictū: nec habitat in corpore subdito peccatis. Infinit⁹ est. n. hui⁹ sapientię thesaur⁹: quo si hodierna die remissionis ⁊ gratię digne ⁊ regie vsi fuerimus | misericordię ⁊ pacis ac amicitię dei absq; dubio participes ⁊ capaces erimus: sine qua frustra oīa agimus: frustra omnia custodim⁹: Propheta cōmouente ⁊ dicēte. Nisi dn̄s ędificauerit domū inuanū laborauerūt qui ędificant eam. Nisi dn̄s custodierit ciuitatē: frustra vigilant qui custodiunt eā. At vero ex speculo mentis adstantiū aduerto: quosdā admiratione repleri: cur a mōte isto excelso ⁊ sublimi hodie plus solito hoc in loco amplissimo ⁊ ornatissimo in quo bis septē ⁊ tribus sermonibus offitiū meū totiens peregi | nostra exorsa sit prędicatio: cū humili stilo talia pagere instituerim. Sed si parumper tales expectare voluerint: ⁊ non prius hęc nostra damnare: q̄ vniuersa cognouerint: ꝓfecto vna mecū cū patriarcha Jacob in scalā quā viderat conuersi clamabunt. O q̄ metuēdus est locus iste. Uere nō est hic aliud: q̄z dom⁹ dei ⁊ porta cęli: ⁊ vocabit̄ iuste hęc aula dei. Nam si sensum historię ⁊ rei gestę inspexerim⁹ patres | facile est audire | Dum cōplerent̄ dies Penthecostes | erāt oēs discipuli pariter in eodē loco: ⁊ factus est repente de coelo sonus | tanq̄z aduenientis spūs vęhementis: ⁊ repleuit totā domum vbi erant sedētes: ⁊ apparuerunt illis dispartitę linguę tanq̄z ignis: Seditq; supra singulos eorum: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto: ⁊ ceperunt loqui varijs linguis | pro vt spiritus sanctus dabat eloqui illis. Uerum si secreta mysteria in Historia tantę lectionis abscondita phyalis principum nostrorum aureis | de fontibus Saluatoris | duce sapientia haurire curabimus: ⁊ spiritualem sensum: non in superficie | sed in medulla | non in sermonum folijs | sed in radice rationis: a monte qui Christus est: De quo scriptum est: Mons pinguis: Mons coagulatus: Mons in quo beneplacitum est deo habitare in finem: Pro tanta temporis angustia perquirere valebim⁹: sine dubio Angelos ascēdētes ⁊ descendētes ab huiusmodi speculatione coelestiū: ꝑ scalā apl̄icę doctrinę ⁊ lectiōis hodiernę:

cuius summitas coeli supremi secreta penetrabat/quasi per grad⁹ virtutum clarissime intuemur. Nam ex vberrima spiritus sancti a mundi constitutione/in dei ecclesia repletione: ⁊ copiosissima apostolorꝝ pro illius incremẽto vbiq; terraꝝ inundatione (de quibus pauca ꝓut desuper elargitum erit/dicemus) Sic pro minima capacitate nostra: spiritali quodam intellectu/assumptę propositionis partes enucleatas: ante mentis oculos ponemus exitũ ꝓperantes. Qꝛ qualis nostra debeat esse imitatio: ⁊ excellentioris vitę innouatio: de qua etiã paucula dicere impulsus sum: quilibet sane mentis limpidissime intueri possit: pręsertim hoc tempore durę psecutionis Turcoꝝ ⁊ dissidiaꝝ desidięq; cristianoꝝ. In quo q̃ꝫ dura/q̃ꝫ amara/⁊ q̃ꝫ tremẽda/iure auersionis/a deo a lege tam naturę q̃ꝫ scripturę ⁊ gratię ĩmineant pericula/vos qui estis in sceptra positi recto oraculo inspicite. ⁊ recentẽ gręcoꝝ ruinam simili ꝓgressu in ecclesia orientali: ante mẽtis oculos ponite Quia ve ve dicit̃ gubernacula xp̃ianoꝝ male flectẽtibus: qui propria dũtaxat curãtes/mentiũ animarũq; salutẽ negligũt: gregẽq; rapiẽtibus lupis nõ modo nõ obuiant: sed vada quoad possunt: per desidiã ac auariciã occultaq; odia inter se ampliant. Etenim hũc locũ ex prima animi mei institutione nõ ascẽdi: vt mũdi qui totus in maligno posit⁹ est amicitias aucuper: aut humanas laudes: sed vt cõtraria veritati ⁊ iusticie: vnde omnia mala xp̃ianę fidei ꝓueniũt: ꝓ virib⁹ euellã ⁊ destruã. Et ꝓfectũ afferentia/in fide/in religione/in regimine/in cognitione/ad bene beateq; viuẽdum: cũ ipsius ęternę sapientię thesauris/in cordibus auditoꝝ ꝓ posse ędificem ⁊ plantem: ne sanguis vocẽ meã nũc audientiũ: in die districti examinis de manu mea/quasi virtutẽ verbi ꝓmulgãdo/Verbũ in quo est via veritas ⁊ vita: seruili timore repulsus/aures oblectando ꝑtrãsierim: durius cęteris exquirat̃. Hoc n. ꝓpriũ est veri speculatoris/qui simplicissime qd̃ bonũ est intuetur. Hoc nempe ꝓpriũ illius scribę qui ꝓfert de thesauro suo noua et vetera: vt ꝓfectũ de predicatione sua: ⁊ fructũ de semine incarnati verbi requirat: Magistro asserente: vt eatis ⁊ fructũ afferatis/

ꝛ fructus veſter maneat. Hoc ꝛ proprium illius doctoris eſt: qui omnibus virtutibus ornatus eſſe debet: illo dicente Thimotheo cariſſimo ſuo. Argue. obſecra. increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Erit. n. tempus cū ſanam doctrinā nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſyderia coaceruabunt ſibi magiſtros: prurientes auribꝰ: ꝛ a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentꝫ. Tu vero o doctor o predicator/ tunc vigila / in omnibus labora/ opus fac euangeliſtę: miniſterium tuū imple: ſobrius eſto. Et alibi/ qui voluerit amicus huius mundi fieri: inimicus dei conſtituetur. Hoc enim ꝛ reges ꝛ principes ipſi noſtri Apoſtoli operę ꝛ ſermone cōprobarunt: clamantes ante reges ꝛ preſides obedire oportet deo magis ꝙ principibus. Sed quia operę pretium. p. Clemētiſſimę id clarius intueri: audiamus planius: quaſi per gradus aſcendentes: vt illuc peruenire poſſimus/ quo noſtra tendit oratio: Quid ſancta hodie canit eccleſia? Quid ꝓferat? Quid dicat? equidem hoc qō pauloante dirimus. Q dum numerus dierum quinquagenarius compleretur: in quo celebris illa ſolēnitas Penthecoſtes celebrabatur ex legis Moſayce inſtitutione: quę tali die ꝛ numero populo illi adhuc rudi ꝛ carnali iudaico ab ęgyptiaca ſeruitute exeunti data fuit. Siquidem ꝛ apud Hebreos ſunt feſtiuitates quędam: ꝛ ipſę quidam maxime ꝛ principales: quales ſunt omnes illę quę ſeptennario numero celebrantur: in quibus hodierna feſtiuitas continetur: quę ſepties ſeptem completis diebus/ ideſt ſeptem ebdomadibus peractis: ꝛ a nobis ꝛ ab illis colitur ꝛ veneratur. Prima autem illorum feſtiuitas eſt: quę omni die ſeptimo ex legis precepto celebratur. Secunda Paſcha vocatur/ quę primo menſe colitur bis ſeptem diebus completis. Tertia quę hodie celeberrima habetur Penthecoſtes. Quarta vero ſeptimo menſe veneratur: quę tabernaculorum dicitur. Septimo autem anno cōnumeratur quinta qua totus annus feſtiuus habeꝫ. Sexta vero quę Jubileus nuncupatur: anno quinquageſimo ſuprema cuſtoditur: ſepties ſeptem annorum curriculis euolutis: qui annus remiſſionis totus interpretatur: in quo ſeruis libertas/ ꝛ dominis he-

reditas redditur: ⁊ omnibus omnia communia sunt · nec seruile opus alicui exercere licet: ⁊ inde septima illa eterna festiuitas in coelis prestolatur: que ex omnibus istis festiuitatibus per tot secula significatur: in qua veri christicole coheredes ipsi⁹ eterne patrie dono spiritus sancti facti: a seruitute diaboli mundi ⁊ carnis liberati: fulgebunt sicut sol in conspectu dei · Constat igitur / nō solum apud nos: verum etiam apud huius seculi sapientes: Septenarium numerum sacratissimum perfectissimumq; extare: quoniam ⁊ omnia tempora: ⁊ omnes numeri in eo continentur · Ex primo enim pari / ideſt quattuor: ⁊ ex primo impari ideſt tribus constituitur · Omnis autem numerus / aut par / aut impar: ⁊ omnis numerus ex septennarij partibus enumeratur: ⁊ sic omnes in hoc uno numero continentur · Verum enim vero / Cum ad ulteriora p gredi festinemus: si licet o speculatiui qui celestia sapitis interrogare: obsecro dicite · Quid est q̄ Judei septem diebus comedunt azima? Quid est q̄ septē diebus suas celebrāt festiuitates? Quid est q̄ manus sacerdotum septem diebus inungunt? Quid est q̄ Pontifex tingens in sanguine digytum septies proijcit contra dominum? Cur leprosus septem diebus recluditur? Cur Maria soror Moysi extra castra septem diebus retinetur? Cur muri Jerico septies circumdantur ⁊ corruunt? Cur septies in die laudem dicimus domino? Cur non solum septies sed septuagies septies nostris debitoribus dimittere iubemur? Cur inq̄ est / q̄ templū Salomonis septem ędificatur annis? ⁊ in diebus septem domino dedicatur? Puto dices: ⁊ bene: quia ex premissis omnibus septem dona spiritus sancti: in quibus perfecti sunt coeli ⁊ terra: ⁊ vniuersa visibilia ⁊ inuisibilia significata ⁊ demonstrata fuere: quia Spiritus Sanctus qui vnus est secundum se: ⁊ alter secundum operationes: sicut est in omnibus omnia perficiens: omnia diuidens: sic voluit per omnia perfectissime significari / dicente Apostolo Q̄ diuisiones gratiarum multę sunt: ⁊ vnum · Multę in diuersitate operationum: ⁊ vnum in radice rationis: Dic est il-

le ſpiritus: cuius donis cęleſtis illa Hieruſalem mater noſtra/ quę ſurſum eſt ditatur ꝛ colitur ac foecundatur: De quo Ambroſius. Ciuitas dei illa cęleſtis Hieruſalem non meatu alicuius fluuij terreſtris abluitur: cuius nos breui ſatiamur bauſtu: illis cęleſtis ſpiritibus redundantius videtur affluere: pleno ſeptem virtutū ſpiritualium feruens meatu. Hoc enim ſeptem eccleſię. Hoc ſeptē candelabra. Hoc ſeptem lucernę. Hoc ſeptem ſigilla. Hoc ſeptem angeli tuba canentes. Hoc ſeptem panes turbam multam in deſerto reficientes. Hoc deniq; ſeptem illę tubę quibus ſacerdotes annum iubilei proclamabant: vt reliqua legentibus ſacra omittamus/ ſignificare/ hoc pię ſe ferre luce clarius deprendit: ſicuti modo diximus. Nam ſicuti iſte numerus ſeptennarius: ſua perfectione: ſua virtute: omnes numeros: omnes dies/ ꝛ tempora/ ꝛ annos ac feſtiuitates in ſe concludit: ita ſpiritus ſancti actio omnia diſponit. omnia roborat ꝛ ad perfectiſſimum adducit. Quod enim ſeptima die feſta celebrantur/ hoc dumtaxat cernimus: quod modo ſignificare videtur: Q; ſcilicet finita hac vita/ que ſeptem diebus agitur relinquetur: vt apoſtolus ait. Sabbatiſſimus ꝛ requies populo dei: vt ſicut ipſe requieuit die ſeptima ab operibus ſuis ita ꝛ nos tunc requiem ſuſcipiemus a tot laboribus/ tantiſq; fatigationibus: quibus in hac miſera vita circumdati ſumus. Miſera dixi: quia nos vndique intus ꝛ extra ſemper mala perturbant: cum ꝛ foris pugnę/ ꝛ intus timores valde propulſent conſcientias noſtras: ita vt tedeat nos aliquando viuere: teſte Apoſtolo/ qui tandem terrenis tedio affectus: ꝛ dulciſſimo ꝛ incōparabili amore coeleſtis patrię illicitus in Chriſtum ſuum crucifixum: cuius vulnera in anima portabat: vltra quem ſe nihil ſcire dicebat. Conuerſus vehementiſſima voce clamabat: Cupio diſſolui: ꝛ eſſe cum chriſto. Et alibi. Cum de kritate in chriſtum loqueretur: ſe nullo timore/ nullo periculo/ nullo ſupplicio/ aut morte ſeparari poſſe affirmabat: quod totum erat ex abundantia ꝛ repletione gratiarum ipſius: quibus cor ardens feruebat ſine repugnantia obiecto

rum. Hoc enim est quod dicitur: quoniam omnes discipuli erant pariter in eodem loco: pariter quippe erant: quibus erat cor vnũ ⁊ anima vna/per humilitatem ⁊ dilectionem: in qua legis plenitudinem concipiebant: vt multa par eis largitur: Propheta dicente. Par multa diligentibus legem tuam domine. Et alibi. Mansueti hereditabunt terram: ⁊ delectabuntur in multitudine pacis. Nec mirum o Carissimi. Qꝛ scriptura dixerit omnes: quia ille dixit/quos dedisti mihi/non perdidi ex eis quenq̃: Nec mirum/qa eodem in loco vt opportunitas loci cum prioribus conueniret: in Apostolis spirituali progressu. Nam in hoc loco christus pedes discipulorum lauit: coenam fecit: corpus ⁊ sanguinis sacramentum instituit. Corpus gloriosum ianuis clausis introduxit: ⁊ palpandum dedit: Apostolis consecrauit: eisq̃ potestatem ligandi et soluendi concessit: ⁊ postremo hodie Spiritus sancti repletione clarificatus fuit: vt esset in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in syon: vbi confregit capita inimicorum eius: venientibus vt Turbo: ad dispergendum. Mala capita erant ista Patres quę hodie virtute Spiritus Sancti confracta sunt: in quibus ⁊ angelorum/⁊ nostra in primo parente ruina fuerat: nam ⁊ scriptum est: Qꝛ in Angelis suis: in quibus intellectualis ⁊ in homine: in quo rationalis ecclesia: iure primeuo erat reperit prauitatem: quę vtique capita/hodie spiritu sancto agente: vt dilecta in sanguine immaculati agni desponsata tota pulchra ⁊ formosa: ac coelesti sponso conformis extaret: cuius osculo iam deosculata erat: sic in Apostolis confracta sunt: vt nec respirans quispiam ex eis remanserit. Nec ab re quia ille qui in sole. in luce in claro. ⁊ in manifesto posuit tabernaculum suũ: qui vt Gigas/vt fortis: nõ vt mollis: nõ vt labilis ad currendã viã carnis venerat: vtpote qui mulierẽ fortẽ inuenerat: quę ꝓcul ⁊ de vltimis finibus p̃tium adduceret: gladiũ suũ hodie vibrauit: arcum suum tetendit: ⁊ parauit illum in vasa mortis: de quo aplus. habem⁹ in vasis fictilib⁹ nr̃is thesauꝝ abscõditum: vt sublimitas sit virtutis dei: ⁊ non a nobis. Et alibi. Alijs sumus

odoꝛ vitę ad vitam: ꝛ aliis odoꝛ moꝛtis in moꝛtem· ꝛ itęꝫ· Unus
eſt ſermo dei ꝛ efficaꝛ/ ꝛ penetrabilioꝛ omni gladio ancipiti: diui/
dens vſq; ad diuiſionem animę ꝛ ſpiritus· ꝛ alibi gladiũ ſpiritꝰ:
qđ eſt verbũ dei aſſumite· Tali igiꝫ gladio· in tali fortitudine/
munditia ꝛ armis/ armati ſunt ſancti pꝛedicatoꝛes/ de quibus di/
citur: ꝛ gladii ancipites in manibus eoꝝ: ꝛ tali gladio armati eſſe
debent: qui hunc locum excellentiſſimũ/ ꝛ vniuerſę eccleſię catho/
licę pꝛimarium aſcendunt: In quem pudet me dicere (ob relligio
nis noſtrę pꝛofeſſionem) quoſdam calamiſtratos aſcendere: qui
nec in deum credunt. At dicet quiſpiam: hęc ſapientia quę deſur
ſum eſt: in qua deus vere cognoſcitur: de qua ſapientię dicit̃: quo
niam omnium bonoꝝ mater eſt ſapiẽtia: nimis in arduis poſuit
nidum ſuũ: quo omnes pertingere non poſſunt· Ueꝝ quo modo
in arduis iſta ſapientia nidum ſuũ poſuerit: vt inde pulli ſui coe/
leſtes filii egrediant̃: ꝛ de terrenis plenos manipulos in patriã
beatoꝝ reportent· Nobis nunc pꝛedicantib? Audi o Pont· Mar·
in te rimandum: qui ſummus noſter ierarcha in terris: iure diui/
no ꝛ humano ideo vocaris: vt per te omnes qđ ſuum ꝓpium eſt:
in regimine eccleſię peragendo: ꝛ xp̃iano populo regẽdo ꝛ tuẽdo/
luce clarius diſcant· Tu inq̃ pꝛimus omniũ diceris moꝛtalium:
Sed curꝫ Audi cur· vt tua bonitate· Tua benignitate· Tua huma
nitate. Tua clementia· Tua vita. Tuo lumine· Tuo ſplendoꝛe·
Tua doctrina: ꝛ tuaꝝ bonaꝝ virtutũ odoꝛe: totam eccleſiaſticã ꝛ
humanã ierarchiã in apoſtolis hodie ad ſimilitudinem coeleſtis
ierarchię: per ſpiritũ ſanctũ emundatã· illuminatã· ornatã· ꝛ con/
firmatã/ purges a vitijs ꝛ ambitionibus cõtrariis euacuãdo illu
mines: ab erꝛoꝛibus vniuerſis remouendo: ꝛ trabas operib? quaſi
coeleſtibus eam viuificãdo ad bonũ ad ſine fine bonũ. Sicut ſum
mus ille ierarchiaꝝ omniũ pꝛincipium ꝛ finis Pontifex ſummus
Jeſus xp̃s: deus verus ꝛ homo verus: cuius locũ in terris tenes/
in coeleſtibus habitans pagit· Hoc·n·pꝛę ſe ferre viſus eſt hodie
ſpiritus ſanctus/ hoc ſignificare: quãdo repẽte: ſine moꝛa vtique:
factus eſt de coelo ſonus: nõ de terra: nõ de infimo: nõ de abiecto

non de occulto vt peruersi falsa dogmata sequentes censuerunt. Sed de coelo ille sonus vehementis spiritus hodie aduenientis ad confirmationis sacramentum in ecclesia instituendum: in qua non fieret ampli⁹ neq; ruga neq; macula in apostolis: vtpote qui iam a terrenis euacuati/ in coelestibus conuersationem/ eminentioremq; reliquum vulgus habebant factus est. In ecclesia prius diri: quia spiritus ipse sanctus: prius totam domum vbi erant sedentes repleuit: de qua scriptum est. Hec est domus dñi firmiter edificata: bene fundata est super firmam petram. Et deinde ex illius redundātia in linguis igneis diſpartitis/ super capita singulo⁹: quo⁹ corda amore extinguibili accensa erant; sedens. Repleti sunt apostoli primi ecclesię nostrę episcopi spū sancto: et ceperūt loqui varijs linguis: quibus omniū linguas: in vnā coelestē commutare inerat. et hoc quidē! qz nō aliter loquebant: q̄z spūs sctūs dabat eloq illis. Ex q̄bus omnib⁹ p̄missis. p. B. si vna cū adstantibus qualis sit nostrę ecclesię catholicę et apostolicę dignitas: qualis auctoritas: qualis potestas: qualis puritas: qualis rectitudo: et qualis iusticia. Si qualis et q̄zta in xpi sanguine institutio et nr̄a redēptio: qualis gloria et amplificatio: ac omniū virtutū et bono⁹ aggregatio: et vere illius doctrinę infusio: in qua est via veritas et vita: que omnia hodie in apostolis cōfirmata fuere: ppendere voluerис: clarissime cōcipies. et qualis nostra debeat esse imitatio: et excellentioris vite innouatio: aduertes: Si te vnū inter oēs mortales primū ierarcham nostrū vt diximus: p ppios gradus excellentissimos et diuinos inspexeris: qui omnes in te/ vt in pontifice summo: nō vt in homine: ex spū sancti actione ab euo redundant. Nam q̄s ea obsecro! dicas tu! hominē ip̄m cū Job respiciens: hō inquies nat⁹ sum de muliere breui viuēs tēpore: repletus multis miserijs: qui quasi flos egredit et fugit velut vmbra. Sed dicam ego altiora homine intuens: dicā vtiq; ego qui minimus omniū adstantium sum: et ad rationale iuditij ad mensurā palmi illius: qui palmo omnia cōcludit tuo in pectore inspitio. Tu. n. sacerdos magn⁹. Tu pont. sūmus. Tu Epo⁹ princeps. Tu apl⁹ heres.

Sed qd vltra? vt a remotis agẽte ſpũ ſcõ q̃ſi p ſcalã Jacob: iſtos vere dei angelos aſcẽdẽtes ⁊ deſcẽdẽtes ad nos dirigẽdos in viã pacis digne cõſyderare in ſpũ ſcõ valeam?: ⁊ ſponſe fidei tue cõmiſſe dignitatẽ: tum ex lege, nature: tum ſcripture: tum gratie: in mediũ adducamus ad multoꝝ impietatẽ: ⁊ falſa domata cõtuenda. Tu primatu Abel. Tu gubernatione Noe. Tu patriarchatu Abraham. Tu ordine Melchiſedech. Tu bñdictiõe Jſac. Tu foecunditate Jacob. Tu dignitate Aaron. Tu auctoritate Moyſes. Tu ducatu Joſue. Tu zelo Phinies. Tu fortitudine Sãſon. Tu iudicio Samuel. Tu Impio Dauid. Tu ſapiẽtia Salomon. Tu ſpiritu Helias. Tu coeleſtiũ cõtemplatione Eſaias. Tu vita Angelus. Tu officio Deus. Tu poteſtate Petrus. ⁊ denicq̃ Tu vnctione ⁊ regno Chriſtus: q̃ oleo letitie ⁊ exultationis pꝛe ptic̃ipibꝰ ſuis vnctus: Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ iuſte cõſtitutꝰ eſt in ꝙternum: illo dicẽte Coelũ mihi ſedes eſt: terra aũt ſcabellum pedum meoꝝ: factus es cũ omnibꝰ tam pꝛecedẽtibꝰ q̃ ſubſequẽtibꝰ/ q̃ in ouile ouiũ p hoſtium: ⁊ non aliunde agente ſpũ ſancto ingrediuntur: Cui ⁊ claues iſtius immaculate eccleſiꝛe ſuꝛe tradite: que hodie in Apoſtolis conſecrata eſt: De quibus ſcriptum eſt. Jn omnem terram exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terꝛe verba eoꝝ: et oues omnes credite ſunt: ⁊ tanto excellentius ceteris ianitoribus ⁊ paſtoribus credite: q̃to glorioſius ⁊ excellentius nomen vtrũq̃ hereditaſti: Domino dicente Petro. Paſce oues meas Meas dixit/ vt non deſignaſſe aliquas: ſed omnes animaduerteres. Et ſic vberrimam a mundi conſtitutione: in dei eccleſia Spiritus ſancti repletionem: ⁊ Apoſtolorum in quibus pꝛior carnalis eccleſia in ſpiritualem, ⁊ celeſtem tranſformata fuit: copioſiſſimam vbiq̃ terrarum diffuſionem: ac noſtram neceſſariam imitationem: ⁊ excellentioris vite innouationem: ſi cum Chriſto regnare ⁊ ab iminentibus periculis liberari cupimus: quilibet ſane mentis ex ſe clariſſime intueri poteſt: ⁊ in tanta contemplatione/ admiratione repletus: cum Jacob clamare. Vere non eſt alibi q̃ hic domus dei: et porta coeli/ qua poſſimus ingredi in aula dei.

firmetur igitur·p·B·vt reliqua omnia temporis angustia omittemus: in premissis omnibus cū Apostolis manus tua: vt exaltet in dei ecclesia (alijs tua opa bene agentibus) ⁊ nō opprimat dextera tua: quia stat in cōcussum priuilegiū tuū/tam in clauibus datis: q̄ in ouibus cōmendatis: firmet quia iusticia ⁊ iudiciū preparatio sedis tue. firmet in q̄ operatio tua in iusticia ⁊ iudicio inconcusso: coelestis ⁊ supreme sedis tue: ad alligādos illos reges ⁊ presides in compedibus ⁊ manicis ferreis: qui dei timore posposito: tante ecclesie ⁊ fidei catholice/⁊ Apostolice dignitatē/⁊ ecclesiastice libertatis decorē: ⁊ nominis xp̄iani puritatem/ deturpare nō verent·⁊ exaltet iam in nobis: qui tecū zelo iusticie fidei ⁊ gregis: pie mori/ vt veros decet pastores parati sum? dextera tua: vt hoc tempore dure persecutionis Turcor: ⁊ impure male agentium euellas que fidei contraria: ⁊ destruas que contra oues dominici gregis fidei tue cōmissas: per hostes humani generis: in generatione pessima/non modo Turcor: sed ⁊ alior parata sūt: ⁊ edifices ex viuis lapidibus bonor ⁊ doctor supra fundamentū: de quo apostolus· fundamentū aliud nemo potest ponere: preterid qđ positum est: qđ est xp̄s Jesus: ppugnacula: quibus hostes tam fidei q̄ ecclesiastice libertatis ꝑterriti coruant: ⁊ pereant in montibus gelboe superbie ipsor: qđ fiet·p·B·li in montibus salvatoris: veros ⁊ viuos fontes: ambulantium die ac nocte in lege domini: ⁊ non in carnis concupiscentia: non in sęculi ambitione: non in passione despderi)/sicuti ⁊ gentes effodere volueris: ad irrigandos pedes nostros in viam pacis: ad quam pacem/ ille nos perducat: qui sine fine viuit ⁊ regnat·Amen·

Dixi·

Acta Rome in die Penthecostes tertio Nonas Junias coram Innocent·viii. Pontificatus eiusdem Anno Tertio·